



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

Caput 13. Iohannis Baptistæ prædicatio, & Baptismus in deserto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. <i>Matthæus</i>	S. <i>Marcus</i>	S. <i>Lucas</i> Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. *13.	S. <i>Iohannes</i>
--------------------	------------------	--	--------------------

C A P. 13. Iohannis Baptista predicatio, & baptismus in deserto.
Matth. Cap. 3. *11. Luc. Cap. 3. *12. Iohan. 1. *1.

S. <i>Matthæus</i> I N diebus autem illis venit Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudæe, & dicēs, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic est enim qui dictus est per Isaiam prophetam, dicentem, Vox claman-	S. <i>Lucas</i> S ANCTVM IESV Christi Euangelium secundum Marcum. C APVT I.  N ITIUM Euangelij Iesu Christi filij Dei. Sicut scriptum est in	S. <i>Iohannes</i> A NNO autem quinto decimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, &	Fuit homo missus à Deo, cui nomē erat Iohannes. Hic venit in testimonium: vt testi-
---	--	---	---

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p>tis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erant locustae & mel sylvestre. Tunc exibat ad eum Ierolyma & omnis Iudaea, & omnis regio circum Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Videns autem multos Phariseorum & Saduceorum venientes ad baptismum suum, dixit eis, Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum poenitentiae. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam. qui autem post me venturus est (for-</p>	<p>Isaia Propheta, (Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te.) Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Fuit Iohannes in deserto baptizans, & praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudaea regio, & Ierolyma: & baptizabatur ab illo in Iordanis flumine com-</p>	<p>Lyfania Abiline Tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: factum est verbum Domini super Iohannem Zachariae filium, in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Isaiae Prophetae: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur & omnis mons & collis humiliabitur. & erunt prava in directa & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare Dei. Dicebat ergo ad turbas quae exibat ut baptizentur ab ipso, Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentiae & ne ceperitis dicere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur,</p>	<p>testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat illi lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. * 3. & in</p>

C

& in

S. Matthæus.

tior me est, cuius non sum dignus calceamēta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit arēā suā: & congregabit triticū suū in horreum, paleas autē comburet igni inextinguibili.

* 14.

S. Marcus.

fitētes peccata sua. Et erat Iohānes vestitus pilis camelii, & zona pellicea circumalumbos eius: & locustas & mel sylvestre edebat. Et predicabat dicens, Venit fortior me post me: cuius non sum dignus percumbēs solvere corrigiā calceamentorum eius. Ego baptizavi vos aqua: ille verō baptizabit vos Spiritu sancto. * 14.

S. Lucas.

& in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? Respondens autem, dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det nō habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum, Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Nihil amplius quā quod constitutum est vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem conculcatis, neq; calumniā faciatis: & contenti estote stipendijs vestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, ne fortē ipse esset Christus: respondit Iohannes, dicēs omnibus, Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum eius, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. cuius vētilabrum in manu eius, & purgabit aream suā: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. * 22.

S. Iohannes.

CAP. 14.